BIBLIOTECA

Digitized by Google

que vrbes, et recuperauit regionem Bali a Chriſtianis expugnatam, in qua mille familias Moſlemorum reſtituit. Eo autem regnante anno nimirum trigeſimo nono accidit, vt permagna et Moſlemorum et Chriſtianorum multitudo perierit, et Hati ipſe obiit, cui ſuccedebant pueri paruuli, qui vt et Sultan Badla ſedem ſuam habebant in regione Dechr, frater autem eius Haireddin in regione Rachlah.

Celebrata erat iuſtitia quam in regnum ſuum exercebat Badla. Viatoribus ſecuritatem praeſtitit, ciues ab iniuria vel a militibus, vel ab aliis hominibus iis illata liberauit, et vile ſemper erat ſub imperio eius annonae pretium.

N° inv. 4890

vincula coniecit, vim hoſtium infregit et non paucos captiuos abduxit poteſtatem in hac terra a Deo adeptus et eius auxilio corroboratus.

Hos terrae tractus ſatis amplos cum occuparet, permagna Amharenſium multitudo eo exhortante Iſlamiſmum amplectebatur, quos Deus ad ipſum duxit, vt eos proſperitate imperii ſui ab igne inferni liberaret. Haec nempe eſt Dei benignitas quam confert, in quem conferre vult. Certo Deus benignus eſt et magnus.

Jomaleddino mortuo ſuccedebat frater Shehaboddin Ahmed Badla. Hic interfectorem fratris ſui, cum latentem deprehendiſſet, vltimo ſupplicio affecit. Ceterum Jomaleddini exemplum imitatus expeditionem ſuſcepit contra Amharenſes; varias regiones ditionis ſuae fecit, multos hoſtium duces occidit, oppida flammis abſumſit, praedas egit, incolas in vincula coniecit, eosque captiuos auexit. Et vt ipſe magnas opes collegit, ſic qui cum eo erant auro, argento, veſtimentis et loricis abundabant et innumera mancipia capiebant.

Deſtruxit Shehaboddin ſex templa, plurimasque

que

virtutes eius praeclaras reuerebantur. Sed vt breuiter omnia complectar, Deus ſummus eum religionis amplificatorem eſſe voluit. Eo enim regnante Iſlamiſmus corroboratus eſt et fidelibus ipſis ſecuritas parta. Id in primis beatitudinem ſuam ſplendidiorem feciſſe putabat, quod ſe imperante, ſummum numen infidelium ducem Hatium Iſhak Ben Saif Arad, menſe Dſulkadah anni octingenteſimi trigeſimi tertii perdiderit.

Huic *Hatio* ſuccedebat Andaras Ben Iſhak, qui imperii ſui menſe quarto morte abreptus, ſucceſſorem habebat in imperio Ambarenſi patruum Hazbana Ben Dauid Ben Saif Arad, qui menſe obiit Ramadano anni trigeſimi quarti, aliquot cum regno praefuiſſet menſes. Succedebat ei Salmoun Ben Iſhak Ben Dauid Ben Saif Arad, qui quartus erat rex, vnius fere anni ſpatio.

Jomaleddin inter ea multas expugnauit regiones, ancipitia et ſaeua ſaepe proelia commiſit, ſuis regionibus alias adiecit, imperii ſplendorem auxit, magnis praedis locupletatus eſt, multos in

 vin-

Digitized by Google

bant; quin familia pueruli ſiſtebat ſe ad veniam *h. e. ad declarandum ſe a iure talionis deſiſtere.* Sed eorum nullam habens rationem Jomaleddin filii ſui, appropinquantis manum prehendit, in lapide collocat et ferro percutiens frangit. Filius vero edito clamore, animi deliquium paſſus eſt. Omnes autem qui aderant, elata voce eiulabant et lamentabantur, triſtem pueri ſortem miſerati. Quippe res erat terribilis. Jomaleddin tamen, animo obfirmato, ad filium ſe convertens: *Senti nunc ipſe*, inquit, *quod alius puerulus vt ſentiret feciſti.*

Hanc hiſtoriam relatam accepi ab hominibus certis, qui ipſi adfuerant, cum haec a Jomaleddino peragerentur.

Poſt ea non auſi ſunt ſubiecti eius manus in opes alienas ſine iure extendere, neque potuit quisquam ſiue nobilis eſſet, ſeu inferiori loco natus inique aduerſus alterum agere. Tam vehementer quoque eum timebant, vt nemo vnus, quidquid vel iuberet vel vetaret negligeret. Omnes enim qui regiones ei ſubiectas incolerent ſeueritatem imperii, poenarum vehementiam et

vir-

mum numen, nam Dei cauſſam defendens occubuit.

Singulari beneuolentia perſequebatur Presbyteros et pauperes probitate excellentes, et magna iuſtitiae, quam non ſolum in ſubiectos, ſed etiam in familiam et liberos ſuos excercuit, fama erat. Cuius rei hoc ſit exemplum.

Ludentibus aliquando liberis ſuis paruulis cum ſociis eiusdem aetatis, vnus eorum alterum, qui minor ipſo erat, feriebat, frangebatque manum eius. Quod Jomaleddin non reſciuit, niſi tempore aliquo elapſo. Igitur perquam aegre tulit, aulicos ſuos hoc ſe velaſſe. Tum arceſſiuit familiam paruuli illius, cui fracta erat manus, conuocatisque ſubiectis ſuis, filium, qui manum fregerat, tanquam reum ad poenam talionis ſubeundam citari iuſſit. Proceres vero regni, qui regi adſtabant, ſupplices veniam implorabant; quin ipſa paruuli *laeſi* familia placatam ſe eſſe affirmabat, *neque talionem cupere.* Sed Jomaleddin in conſilio quod ceperat perſeuerabat. Cum autem filius ad poenam talionis ſubeundam acceſſiſſet, omnes qui aderant magno fletu plange-

 bant;

Digitized by Google

hoſtis, diſcerni non poſſet. Primum quidem Deus iuuit Moſlemos, vt Amharenſium acies inclinaret. Sed hi mox Marte communi ſuperiores facti Moſlemis, tantum auferebant, quantum quisque portare poterat.

Poſt haec menſe Jomadi poſteriori anni octingenteſimi trigeſimi quinti, irruerunt in Jomaleddinum patrueles eius ipſi inuidentes et vita eum priuarunt ſeptem cum regnaſſet annos. Optimus aetatis ſuae rex fuit religioſus, prudens, fortis, ſtrenuus, hoſtibus formidandus. Bellum contra infideles Deo auctore, tam feliciter geſſit, vt multarum Hatii regionum, partiumque ei ſubiectarum imperium obtineret, multique prouinciarum praefecti et duces ſe ipſi ſubmitterent. Innumeros infideles de Amharenſibus occidit et in captiuitatem redegit. Omnino autem tam multos vinctos ex expeditionibus abduxerat, vt India, Arabia felix, Hormuz, Hejaz, Aegyptus, Syria, Graecia, Irak et Perſia ſeruis Abyſſinicis eſſent repletae. A Deo robur accipiens ſemper victoriam reportauit de hoſtibus Dei, donec exitum praeclarum ei conceſſit ſummum

Digitized by Google

deret. Sed pugnam ille detrectans ad oſtium Nili fugiebat. Rediit igitur Jomaleddin cum praeda, quae neque facile numerari poſſit, neque definiri. Tum miſit fratrem ſuum Ahmed cum imperatore Harb Jauſh ad regnum Dauaru, vbi ſub eius ductu, ſaepius cum hoſtibus confligebant, tres eorum duces conſtringebant et praeter ſex equos multas etiam alias res auehebant. Quibus peractis domum triumphantes redibant.

Egreſſus eſt iterum ipſe Jomaleddin, et omnes intra viginti dierum interuallum habitantes interfecit, vinculisque conſtrinxit. At Amharenſes in tres diuerſas regionis Jomaleddini partes irruebant, totam regionem occupare, regiamque familiam abducere conati. Quod conſilium vt irritum redderet, feſtinans rediit Jomaleddin, et viginti dierum itinere ſeptem diebus peracto, occurrebat Amharenſibus in regione Harjah. Sed et ipſe et exercitus valde erat defatigatus, contra hoſtes quiete recreati. Acriter tamen pugnabant illi, et tanta erat pugnantium multitudo, proeliique vehementia vt, quis amicus, quis

 hoſtis,

Harb Jauſh, quem iterum in expeditionem miſit Jomaleddin, incolas regionis Bali occidebat et conſtringebat; permultos etiam captiuos abducebat. Tanta vero praeda potitus eſt, vt cuique pauperi tria mancipiorum capita donarentur. Quin prae horum multitudine vnumquodque mancipium viliſſimo pretio vendebatur (12). Victor igitur et praeda onuſtus rediit,

Exiit nunc ipſe Jomaleddin belli Amharenſibus inferendi cauſſa, tantum ſecum ducens exercitum, quantum maiores eius nunquam collegerant. Mille enim cum equitibus occidit hoſtes, in vincula eos coniecit, captiuosque abduxit, et quae poſſidebant abſtulit. Hatium vero cum *reſiduis* militibus aufugientem per quinque menſes inſectatus eſt, donec eum deprehende-

(12) Hic certe verborum arabicorum ſenſus eſt: re autem numaria Arabum multis adhuc tenebris circumfuſa, quid proxime denotent, dicere non audeo. Librum quidem de *ponderibus* et *menſuris* nec non de *numis Arabum* ipſe conſcripſit Macrizius, in quo tamen cum totum eum, eandem rem anquirens, deſcriberem, nihil deprehendebam, quod haec verba arabica illuſtraret.

Digitized by Google

ſibus, qui exercitum maiorem quam vnquam antea collegerant, proelio decerneret. Vtrimque pugnatum eſt acerrime: victoria tamen penes eum fuit.

Tum Hati exercitu magno iterum coacto Jedaiam *ſedem regiam* occupauit. Sed Jomaleddin ſecundo proelio facto, eos ſuperauit Amharenſes vero in regionem Jajzah impetum fecerunt, quam etiam expugnauit Hati. Hic centum fere imperatores ad ſe conuocabat et magnam equitum multitudinem congregabat eo conſilio, vt omnes Moſlemos in Abyſſinia commorantes funditus deleret. Sed ei ſe obiecit Jomaleddin vna cum quingentis equitibus. Neutri virtus defuit, ſed Deo adiuuante ſuccubuerunt Amharenſes: fuga elapſos triduum perſequebatur Jomaleddin. Quorum tantam multitudinem occidit et conſtrinxit, vt occiſorum corporibus terra eſſet repleta. Templis et domibus Amharenſium combuſtis, mulieres et liberos abducebant et opes auferebant Moſlemi. Equos ex hac trium menſium expeditione centum fere ephippiis inſtructos, plures ſine ephippiis, auehebant.

Hac igitur regione Chriſtiani Amharenſes ad tempus potiebantur. Capto autem Mantſur ſtatim ſuccedebat frater natu minimus Jomaleddin Mohammed Ben Saadeddin. Secum habebat ducem Harb Jauſh, vnum ex imperatoribus Hatii, qui regnante Saadeddino ab Iſlamiſmi partibus ſteterat. Hic ob eximiam fortitudinem et aſſeclarum multitudinem praeſtantiſſimis imperatoribus adnumeratus, ad Jomaleddinum ſe contulit, a quo ad Barbaros cum magnis copiis ingruentes miſſus eſt, vt pacem iis offerret. Sed Barbari, qui ingentem exercitum collegerant, in quo erant ſeptem mille arcus et gladii, proelio contendere ſtatuebant. Harb Jauſh igitur, poſtquam *de pace* transigendi tempus protulerat a mane ad meridiem, atroci pugna cum iis conflixit, eosque a Deo in fugam verſos et domum repetentes perſequutus eſt. Quo facto ad Jomaleddini imperium reducti, obſequium ei praeſtabant et tributum ex opibus ſoluebant.

Ex hac autem expeditione cum victor rediiſſet Harb Jauſh, denuo ad regionem Bali miſſus eſt cum viginti equitibus, vt cum Amharenſibus,

Digitized by Google

ſugerunt Moha dictum, vbi Mohammed eos plus duos menſes obſedit, ita eos premens, vt fame et ſiti conſumerentur. Tum per praeconem optionem iis dedit, vtrum Iſlamiſmum ſequi, an ad ſuos redire vellent. Decem fere millia eorum Iſlamiſmi partes ſecuti, a primo mane vsque ad veſperam ad Mohammedem conveniebant, reliquis poſtridie in regionem ſuam reuertentibus.

At Mantſur ducentos praedabatur equos arabicos, et caſtra in eo loco habebat per decem dies. Congregatorum autem Amharenſium tanta ei occurrebat multitudo, ac ſi eſſet agmen locuſtarum per agros ſparſarum. Cum his quidem ſtrenue congreſſus eſt, ſed equis et equitibus acerrima pugna abſumtis et decem Moſlemorum ducibus occiſis, Mantſur ipſe et frater eius Mohammed ab Hatio Iſhak, Ibraim Ben Dauid Ben Saif Arad cognominato comprehendebantur. Hic valde ea re laetatus in vincula eos coniecit et accurate cuſtodire iuſſit. Id accidit anno Hejirae octingenteſimo vigeſimo octauo, ſecundo autem imperii Mantſuri.

proelio inito fortiter pugnabant Moſlemi, donec animam efflarent, nam haſtae velitares tanta in eos irruebant vehementia, vt veluti pluuia e coelo deſcendere viderentur; gladio mox necabantur. Deus iis ſit propitius. In grauiſſimo autem pugnae conflictu ſemper praeſens erat Tſabreddin, nec tamen multum abſuit, quin ab hoſtibus interciperetur, ſed equi velocitate euaſit, etſi *in fuga* transuerſus ei occurebat fluuius decem fere cubitos latus; ſed equo hunc transſiliens in alteram ripam incolumis venit. Ita Deus eum liberabat ab hoſtibus. Neque deſiit res Moſlemorum ſumma cum laude curare, vsque dum anno Hejirae vigeſimo quinto ſupra octingenteſimum e ventre laborans obiit.

Succedebat ei frater Mantſur Ibn Saadeddin, quem frater Mohammed *in rebus gerendis* adiuuit. Hic enim in Iedaiam, quae regia erat Hatii eiusque familiae ſedes, *cum exercitu* profectus Hatium vrſit, donec eum captiuum teneret; mox eundem multis hominibus adſtantibus interfecit.

Tum triginta fere millia hominum ad montem fuge-

ſuam ditionem redegerint. Tſabreddin autem et qui cum eo militabant, de regione in regionem migrantes famem, ſitim, atque labores vix enarrandos perpetiebantur. Tum vero Deus ipſi denuo opem tulit et vires ita auxit, vt fratrem ſuum Mohammed cum imperatore Harb Jauſh, et alios ex primoribus cum viginti equitibus, in expeditionem mitteret. Hi pugnam cum Amharenſibus in regione Retua commiſerunt, in qua imperator Amharenſium, multique alii duces occubuere, et maxima exercitus pars, reliquis in fugam coniectis, periit. At Tſabreddin praeda ditatus regnauit aliquod tempus in hac regione. Deinde ipſe ad palatium regium tetendit, quod, proelio facto, multisque primariis viris occiſis, flamma abſumſit. Neque hic bellandi finis fuit.

Quum autem reuerſus eſſet Tſabreddin, fratri obſidionem arcis Barut demandauit, qui ea expugnata rediit. Imperatorem deinde Omarum ſex equites educere iuſſit, qui regionem Jab inuaderent. Sed tanta copiarum Amharenſium erat multitudo, vt locuſtis ſimiles viderentur. In

mum eos hoſpitio excepit; deinde abituros commeatu inſtruxit, et ſex equites comitandi cauſſa cum iis miſit, quibuscum in locum quendam, commigrabant Saiiarah dictum. Ibi illis conſiſtentibus Deus ſaluti fuit. Patris enim exercitus ad eos peruenit, in quem imperium ſuſcepit Tſabreddin Ali. Hi tum ſeptem cum equitibus praeter pedites Amharenſibus obuiam ibant, quibuscum etiam, in loco quodam Dſechr Amharah (*memoria Amharenſium*) dicto, proelio dimicabant. At Amharenſes etſi octoginta ſecum habebant equites, nihilo tamen ſecius eos fugauit *Tſabreddin Ali* et hoc loco potitus eſt.

Proelium iterum committebant in regione Serjan fugantes, fundentesque Amharenſes, quorum templa et domicilia, magna et auri et aliarum rerum praeda ablata, comburebant.

Talis fuit Tſabreddini victoria. At tandem ei fortuna reflauit, cum omnes Amharenſes, a decem Emiris, quorum quisque viginti millibus praeerat, ducti, ſub imperatore Najt Bakel ſe congegauerint, et terras Moſlemorum, in quibus deinde per vnum annum ſubſiſtebant, in

ſuam

pugnauit cum iis, poſtquam per triduum aqua caruerat; et vulnere in fronte accepto, in terram concidit. Tum eum ſtrictis gladiis transfoderunt. Mortuus autem eſt hilari animo, quippe occumbens pro cauſſa Dei, qui precor vt ei ſit propitius. Hoc vero accidit anno octingenteſimo quinto, imperii ſui circiter trigeſimo. Vir fuit mira probitate.

Eo viuente diem obiit patruus Ali Ben Tſabreddin, ab Hatio vinctus, poſtquam in carcere triginta fere annos degerat. Per caedem vero Saadeddini vires Moſlemorum conciderunt. Hati enim et Amharenſes domini huius regionis facti eam habitabant, et ex templis *fidelium* deſtructis eccleſias *Chriſtianorum* exſtruebant. Tum Moſlemos continuis proeliis per ſpatium viginti annorum vexarunt, in quibus tot ſubierunt clades, vincula, exilia, rapinas, vt nemo par ſit iis enarrandis.

Fuerunt autem Saadeddino decem filii, qui in Arabiam ſe contulerunt felicem. Maximus inter eos natu erat Tſabreddin Ali. Rex illius terrae Natſr Ahmed Ben Aſhraf Iſmael pri-

equitibus et mille fere peditibus, qui cum illis manus conſeruerunt. Sed occubuit in iſto proelio pro cauſſa Dei Emir Mohammed et qui cum eo erant omnes. Vnus modo eques periculo ſe eripuit.

Miſit iterum Hati Emirum, nomine Barua, contra quem Saadeddin ipſe exiit, ſecum habens Presbyteros, Fakiros et agricolas, qui ad mortem ſe depugnaturos promiſerant. Ambo hi exercitus atrox proelium commiſerunt, quod quadringentos ſenes pietate inſignes et religionem defendentes abſtulit. Quisque eorum pro inſigni poteſtatis baculum ferratum gerens praeerat magno Fakirorum qui expeditionem comitabantur numero. Saeua tum clade perierunt Moſlemi, partim occiſi, partim in fugam coniecti. Saadeddinum aufugientem perſecuti ſunt Amharenſes vsque ad peninſulam Zaila in medio maris ſitam, in quam ille ſe contulit.

Obſidebant eum in hac peninſula Amharenſes, et aqua eum prohibebant, donec vnus de impiis iſtis viam, qua ad eum peruenirent, monſtraret. Quum igitur ad eum perueniſſent, pugna-

Digitized by Google

locum incedendi, niſi ſuper eos, relinquerent. Erat autem inter hanc regionem et eam quam poſſidebat Saadeddin interuallum duodecim dierum. Sed victoria inſignis, praedaque onuſtus in eam rediit emittens Aſadum, vnum ex ſociis, cum quadraginta equitibus. Huic occurrebat imperator Hatii, cui nomen erat Zan Haſch, cum quinquaginta equitibus bene armatis. Secum autem ducebat ingentem exercitum equitum equis inſidentium nullis ephippiis inſtructis, (10) ipſe vero bellica virtute magnus famam ſibi confecerat. Exercitus cum exercitu fortiter contendebat, ſed Deus fidelibus praeſens infideles deleuit, eorumque praeda fideles ditavit. Quo facto Hati Amharenſes collegit et in regionem Moſlemorum impreſſionem fecit. Obviam vero ei venit Emir Mohammed cum ſex equi-

(10) Vocabulum arab. عريا oppoſitum τῳ ملبسة, equos etiam denotare poteſt *ſolea ferrea non munitos*; qua de re vide Jobi Ludolfi *Commentar. in Hiſtor. Aethiop. pag.* 146.

excelſus infideles in eum immiſit, qui ipſum et omnes eius copias ſic delerent, vt nemo omnino euaderet, praeter vxorem eius filiam Saadeddini cum liberis, quos Deus pro benignitate ſua ei conceſſerat.

Quadraginta cum equitibus vrbem deinde Zamduh obſedit, in qua innumeri infideles habitabant. Grauia cum his certamina iniit, ſed Deo bene iuuante, victor e proelio receſſit, captiuum abducens magnum hoſtium numerum. Poſt ea Bali obſedit cum quinquaginta equitibus. Amharenſibus autem erant decem imperatores, quorum quisque decum mille militibus praeerat. Omnes vero qui cum eo erant ne numerum quidem horum ducum aequabant. Is igitur, quum ambo exercitus inuicem ſibi occurrerent, cum ſociis ſacram peragebat lotionem, bis ſeſe incuruans preces fundebat et Dei implorabat auxilium. Quo cum omnes freti eſſent, cum ſuis hoſtes aggresſus eſt, eosque magna clade per Dei auxilium proſtrauit. Permultos occidit et captiuos abduxit. Quin tantus erat caeſorum numerus, vt eorum capita et cadauera terram tegerent, nec lo-

Digitized by Google

bus equitibus hoſtes aggreſſus, primo eos fugaret; poſt ea tamen in loco Ahbeza dicto clade accepta vinculis conſtrictus ad principem eorum abduceretur. Sed breui ſupervenit vnus ex equitibus, caeſisque qui eum comitabantur, regem eripuit, ſuoque equo impoſitum ad ſuos reuexit, quibus congregatis denuo cum Amharenſibus pugnauit.

Conflixit quoque cum Amano Harſa Hatii Emiro, fugauitque eum et magnum hoſtium numerum vinculis dedit. E regione Faurah recedens Zallan mox oppugnauit, et tantas opes, ibi repertas, abſtulit, vt portio, quae Sultano priuatim contingeret, eſſet quadraginta mille boves. Hos vero omnes pauperibus, egenis et excercitui diſtribuit, vt ipſi tandem nihil ad edendum remaneret, niſi id quod ei vna vxorum ſuppeditaret.

Solaimo autem Ben Aiad genero ſuo decem millia boum obtigerant. Ex his igitur cum eum iuberet ſecundum pietatis officium aliquid erogare, id facere recuſabat. Quo patris iram non tantum prouocauit, ſed Deus etiam

gerere deſtitit. Confligebat cum exercitu eius, multosque vinctos abducebat donec mortuus eſt Hati Saif Arad, cui ſuccedebat filius Hati Davit, Ben Saif Arad cognominatus, quem Hakeddin continuis quoque bellis perſecutus eſt, Deo ipſi vires largiente ad ſubigendos Amharenſes ita, vt nouem annorum ſpatio plus viginti proelia committerentur. In vltima tamen expeditione poſt grauem pugnam occubuit pro cauſſa Dei anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, regni ſui fere decimo, ſed inter occiſorum corpora reperiri non potuit. Vir fuit bellicoſus, audax, magnanimus, promptus in agendo, terribilis.

Succedebat ei frater Saadeddin Abul Borchat Mohammed Valahua Ben Mantſur Ben Omar Valaſhma, qui vt Hakeddin infidelibus Amhariae incolis bellum ſemper intulit. Quin conſtantia mentis et regiminis aequitate ſic excelluit, vt exercitus eius creſceret, numeroſiores quoque fierent equitum turmae, atque imperium inſignia caperet incrementa.

Accidit aliquando, vt cum ſeptuaginta duobus

Mohammed Ben Omar Valaſhma occiſo ita delevit, vt perpauci modo caedem effugerent His deinde exſpoliatis, vrbem Auſat obſidebat, in qua auus Ali Ben Tſabreddin commorabatur, magna triſtitia correptus ob mortem filii Mola Atſſah, quippe qui prae reliquis filius carus ei erat, ob res imperii bene ac ſapienter adminiſtratas. Quo maior erat indignatio eius et odium contra Hakeddinum. Sed res infirmae nullam ſui vlciſcendi facultatem dabant. Hakeddin autem auo benigne fecit, eum confirmans in regione Auſatenſi, et opibus augens. Quod cum peregiſſet, cum copiis quas ſecum duxerat, ab vrbe Auſat recedebat, cuius incolis cum ipſorum familia abductis in terram Shauah migrauit, vbi vrbem Vahal aedificauit et metropolin conſtituit, ciuibusque Auſatenſibus habitandam dedit. Ex hoc tempore paullatim vrbs Auſat ſplendorem amiſit, donec plane deſolata fuit.

Primus fuit Hakeddin ex familia ſua, qui rebellauit contra Hatium, Amhariae et Abyſſinorum infidelivm regem, et obſequium ei recuſans imperium vindicauit. Nunquam contra Hatium bellum ge-

clientelam eius admitteretur. Praefectus igitur Hakeddini opera ad tributa ex remotioribus prouinciis colligenda vſus eſt. Qui cum illuc ad hoc munus obeundem perueniſſet, breui rationes ſuas tam bene inſtituere, et regionem, cui praeerat, tam valde firmare coepit, vt magno hominum numero in partes ſuas vocato, pares vires praefecto, qui eum legauerat, opponeret. Aduerſus hunc igitur inſtructo exercitu aggreſſus vicit, occidit, omnibus rebus ſpoliavit, militesque eius bello idoneos ſelegit, magnis eos donans opibus. Cum autem ſeditionem excitaret contra patruum Mola Atſſah, litteris hic Hatium de ea re certiorem fecit, eiusque auxilium contra Hakeddinum rogauit. Tum ſuppetias venit Hati Saif Arad cum exercitu triginta millium militum. Cui occurrens Hakeddin ingens proelium commiſit, in quo, Deo adiuuante, magnam ſtragem edidit, commeatum abstulit, patruumque qui proelio interfuit fugauit. Hic vero ad Hatium confugit, qui magnum iterum cum eo miſit exercitum, quem Hakeddin, patruo Mola Atſſah Ben Ali Ben Tſabreddin

Mo-

Digitized by Google

Ahmed Harb Arad ad Hatium ſe contulit, nihil intentatum relinquens, vt in aulam eius et clientelam reciperetur; quod obtinuit. Tres ibi procreauit filios, in quibus Saadeddin Mohammed.

Hati deinde amore eum complectens, Alio patri, ſcriptis litteris, mandauit, vt filium cuidam regionis Jabartae loco praeponeret. Cui mandato obſequutus pater, principem eum in regione quadam ſibi ſubiecta conſtituit. Huic, dignitate illa ornatus, aliquot tempus praeerat, donec in ſeditione quadam populari vitam amiſit.

Succedebat ei frater Abu Bechr Ben Ali. Ahmed Harb Arad autem filium reliquerat Auſatae, cui nomen erat Hakeddin. Hic in diſciplinarum ſtudiis operam nauabat, ſed ſpretus erat et contemtus, quippe ab auo Ali Ben Tſabreddin, qui eum auerſabatur, fugatus, et graui inimicitia atque acerbo odio exagitatus a patruo Mola Atſtah Ben Ali.

Expulſus igitur ex vrbe Auſat in vicinam quandam regionem, apud praefectum iſtius tractus perfecit, vt benigne exciperetur et in

alter poſt alterum in Aufat regnabant. Inter eos erat Bazau et Hakeddin, qui primum regnabant, mox Tſabreddin Mohammed Valahui Ibn Mantſur Ben Omar Valaſhma, qui circa annum Hejirae ſeptingenteſimum regnauit. Huic in ſumma ſenectute mortuo filius ſuccedebat Ali Ben Tſabreddin Mohammed Ben Omar Valaſhma, cuius per totam regionem fama viguit. Primus enim ab obedientia (10) Hatio debita deſcivit, mox non conſentientibus quidem ſed refragantibus regionis incolis, ad eam rediit. Hati igitur Saif Arad praefecturam vrbis et circumiacentis regionis Aufat contulit in filium eius Ahmed, alio nomine dictum Harb Arad Ben Ali Ben Tſabreddin Mohammed Ben Omar Valaſhma. Ipſum vero Alium cum *reliquis* filiis captiuum apud ſe detinuit octo annos. Tum ei in gratiam recepto reddidit praefecturam vrbis Aufat.

Ali igitur filium ſuum Ahmed perſecutus iterum rex Aufatae factus eſt. Filius autem Ah-

(10) Leu. Warnerus. *rebellem ſe praebuit Attatae regi.*

Digitized by Google

Rerum Abyſſinicarum in bello contra Chriſtianos ſtatus (9).

Stabilitum eſſe dicitur hoc imperium a gente quadam ex Coraiſhitis, vel ſecundum alios ex Abdeddaritis, vel rurſus ſecundum alios ex Heſhamitis. Haec primum a filio quodam Okaili Ben Abi Taleb e terra Hejaz educta, in regione Jabrah, quae hodie Jabarta appellatur, ſedes collocauit. Jabarta autem ad regionem Zaila pertinet. Hanc igitur terram incolebant illi, item vrbem Aufat. Nota atque celebrata erat et virtus eorum et pacis ſtudium, vsque ad tempora Omari, qui etiam Valaſhma dicitur.

Hic praefecturam vrbis Aufat et regionum ei ſubiectarum, quam ab Hatio acceperat, per longum tempus magna poteſtate pollens geſſit, et omnibus ob morum praeſtantiam carus obiit. Quatuor aut quinque reliquit filios, qui eo mortuo al-

(9) Leu Warnerus. *Hiſtoria imperii quod erectum fuit virtute bellica Chriſtianorum Abyſſinorum.*

Digitized by Google

nuiſſima. Incolae qui ſectam Hanfitaeorum ſequuntur, alias res pecuniae ſubſtituunt. Omnes qui praeſunt huic regno vicarii ſunt Hatii, a quo etiam conſtituuntur. Adiacent huic regno Natſa, Souachen et Dahla, quarum incolae Mohammedani ſunt.

Sex his Zailae regnis tam variae ſunt dialecti, vt plures quam quinquaginta enumerari poſſint; quae omnes iisdem litteris h. e. Abyſſinicis in ſcribendo exprimuntur. A dextra ad ſiniſtram verſus ſcribunt, litterisque vtuntur ſedecim. Singulae litterae ſeptem habent figuras ita, vt numerus earum ad centum et duodecim excreſcat, praeter *ſex* litteras alias, quae per ſe ſtant et nihil commune habent cum vlla litterarum *ſedecim* ſupradictarum. Ceterum connexae ſunt vocales cum litteris conſonantibus, non ſeparatae ab iis.

Talis fuit rerum in hac regione ſtatus, qui remanſit partim, partim defecit, ſic vt deficiunt imperia. Stant autem imperia Dei voluntate, cuius eſt mutatio nulla, nulla conuerſio.

Re-

Digitized by Google

ſtruxerat, aperiatur. Mox Hadienſes eos medicina ad ſanitatem reuocant, vt ſunt in ea arte mire excercitati. Multi tamen caſtratorum pereunt propter ea quod valetudine *plerumque* infirma Hadiam deducuntur.

Regnum Sherba.

Longitudo huius regni eſt trium dierum, quatuor latitudo. Incolae ſectam Hanaſitaeorum ſequuntur.

Regnum Bali.

Longitudo eius viginti, latitudo ſex dierum eſt. Haec eſt regionum Zaila fertiliſſima. Pecunia non vtuntur *incolae*, ſed merces inuicem permutant, veluti ouem pro boue, bouem pro veſtibus, aliaque pro aliis. Ceterum ſectae Hanaſitaeorum addicti ſunt.

Regnum Darab.

Longitudo huius regni eſt trium dierum, totidemque latitudo. Haec eſt regionum Zaila te-

incolae eadem qua Dauaruuaei pecunia, iisdemque omnino rebus vtuntur (8).

Regnum Hadiah.

Longitudo huius regni octo, latitudo nouem dierum eſt. Rex eius ingentem alit excercitum, incolis autem eadem eſt vivendi ratio quae Arababniis, eademque pecunia. Confluunt ad hoc regnum ſerui eunuchi, qui in Aegypto Attauaſhiah vocantur, in ſingulari Tauaſhi. Rex quidem Ambariae ſeruos caſtrari prohibet graui poena conſtituta, ſed furtim adducuntur ad vrbem Vaſhlu, cuius incolae ſtolidi ſunt et ſine vlla religione, atque ibi eunuchi fiunt. Eſt autem iſta vrbs ſola in tota regione Abyſſiniae, quae id fieri ſinat. Tum caſtrati ad vrbem Hadiah deducti iterum nouaculae ſubiiciuntur, donec vrinae meatus, quem purulenta materia obſtrux-

(8) Leu. Warnerus. *in negotiatione* (المعاملة) *aliisque rebus ſunt instar illorum.* (*Dauaruuacorum*) Idem praeter ea regnum hoc ſemper appellat *Araini*. Cod. II. quidem, ſed ſemel tantum punctis diacriticis male appoſitis لراديني habet, quod tamen nemo *Araini* legere poteſt.

diti. Porro aurum in hanc regionem defertur ex Damout et Saham, quae duae ſunt in Abyſſinia fodinae; quo auro etiam pro numis vtuntur.

Regnum Dauaru.

Longitudo huius regni eſt quinque dierum duorum latitudo. Incolae qui ſectae adhaerent Hanafitaeorum bracteas ferreas ſoluunt, quas Hanochah appellant, (ſcribitur nempe per Fatha, Ha ſine puncto, Damma, Nun et Chaf.) et vnius acus longitudine ſunt, latitudine trium. His bracteis ferreis quinque millibus vaccam, arietem tribus millibus vendunt. Ceterum hoc regnum regno Aufat adiacet.

Regnum Arababni.

Longitudo eius quatuor eſt dierum, eademque latitudo. Attingit regnum Dauaru; eiusque

Digitized by Google

carnis triginta librarum ſeſqui dirhemo venderent. Imperium regionis Zaila eſt penes regem Auſatae. Incolae ſectam ſequuntur Shaſaeorum, quamuis hac noſtra aetate multi inter eos ſint Hanſitae. Lingua vtuntur Abyſſinica, etſi ſunt, qui arabice loquantur. Ceterùm multae ſunt vrbes in hoc regno. Rex autem ſolio inſidet, neque egreditur niſi magna cum pompa et inſtrumentorum muſicorum concentu (7). Naſcuntur apud eos varii generis fructus, arundo etiam ſaccharea et aliae herbae in Aegypto et Syria ignotae. Arbor eſt annoſa, quam Jaat appellant. Nullam haec frugem habet, ſed folia eius, medullae foliorum arboris aurantiae *ſapore* ſimilia, eduntur, quo cibo ingenium acuitur, res obliuione perditae in memoriam reuocantur, animus exhilaratur, coitus et cibi appetitus minuitur, ſomnolentia fugatur. Quare huius arboris folia vehementer ad eſum expetunt incolae, praecipue eruditi.

(7) Hic horum verborum ſenſus eſt: neſcimus autem quid h. l. denotet vocabulum بالحستر mendoſum forte. *Warnerus* nullam huius loci interpretationem exhibuit.

Digitized by Google

catur quoque Jabarta, id eſt regio ardens (6). Habitacula e luto, lapidibus et ligno ſtructa ſunt. Nulli apud eos mercatus, neque eorum res magnopere florent.

Regnum Auſat.

Longitudo huius regni eſt quindecim dierum, latitudo viginti. Abundat vrbibus bene frequentatis, nec annonae pretium incenſum eſt. Qua de re certiorem me fecit Sheih Moammer Adib Eſhaar Shehaboddin Ahmed Ben Abdolchalek Ben Mohammed Ben Halef Ben Mohammed Mogatenſis occidentalis, cui faueat Deus, qui terram iſtam peragrauerat. „ *Vidi*, inquit, *dum Auſatae commorabar, in iſta vrbe vuas Damascenas, quarum racemi centum fere vuarum quatuor dirhemis venibant. Vidi etiam qui fruſta car-*

---

(6) Obſcura quidem ſunt haec verba, ſed *Warnero* aſſentire non licet, qui interpretatus eſt: *Sunt et apud illos cuſtodes religionis, qui vocantur Elgeberta. Eſt autem regio ipſa calida.* الجبرت *Jabarta* nomen eſt regionis quam etiam infra habes.

facta fuiſſe dicatur. Enim vero Deus haeres eſt terrae et terram habitantium. Optimus ille haeres eſt.

Deſcriptio regionis Zailae.

Zaila pertinet ad regiones Abyſſiniae, quas ſupra recenſuimus, et nomen habet ab vrbe Zaila in peninſula maris ſita. Longitudo huius regionis terra marique duorum fere menſium eſt, quam tamen ſuperat latitudo. Maxima eius pars eſt inhabitabilis ita, vt longitudo terrae habitatae modo ſit quadraginta trium, latitudo quadraginta dierum. Haec regio in ſeptem diuiditur regna, quae ſunt: Auſat, Dauaru, Arababni, Hadiah, Sherha, Bali, Darah. Singulis ſeptem horum regnorum rex praeeſt, ſed ſimul omnibus imperat Hati rex Amhariae, qui ſingulis annis tributum accipit vel de ſupellectile, vel aliis de rebus. Tenues ſunt hae regiones et parum fecundae. Nulla ibi ſunt templa et loca conuentus, quo incolae religionis tenaciſſimi ad cultum publicum conueniant. Vo-

ca-

Digitized by Google

tiuam abduxit hominum turbam, quae varios terrae tractus repleret, veluti Arabiam felicem, Indiam, Hejaz, Aegyptum, Syriam et Graeciam.

Iſhako cuius mentionem fecimus filius Andaras ſuccedebat, qui cum quatuor menſes regno praefuiſſet, moriebatur. Imperium igitur ſuscepit patruelis Hazbana Ben Dauid Ben Saif Arad, qui paucos modo dies regnauit, nam menſe obiit Ramadano anni trigeſimi quarti. Huic ſuccedebat Salmoun Ben Iſhak Ben Dauid, qui cum breui etiam moriretur, per ſpatium vnius fere anni, quatuor Abyſſiniis praefuerant reges. Continua fuerunt Moſlemorum cum his regibus bella caedibus, vinculis, exiliis, incendiis et rapinis plena. Deinde late graſſante peſte abſumebantur Abyſſiniae incolae. Ea primum erupit (5) anno octingenteſimo trigeſimo nono. Hati iſta peſte occubuit, et tam ingens hominum numerus, vt tota regio per mortem incolarum vacue fac-

(5) Vide pag. 8. not. 7.

magno fulgore reſplenderent. Tam proſpera autem cum vteretur regni fortuna, et tanta praeditus eſſet fortitudine, Satanas eum ad inuadendas regiones Iſlamiticas incitabat. Quare cum militibus ſuis Moſlemos, quotquot erant in Abyſſinia, adortus proeliis foedis et longis, trucidavit, capituos abduxit, tantumque eorum numerum ſpoliauit, quem nullus homo, ſolus Deus excelſus, qui eos creauit, computet. Ex quo abolitum eſt Moſlemorum imperium: qua de re, Deo volente, infra memorabimus.

Deinde ſcripſit ad reges Francorum, ut eos ad inuadendum et deſtruendum regnum Iſlamiticum inſtigaret; eaque in re pollicitus, ſe illis non defuturum. Subiugare igitur, et ad ſe transferre coepit, quidquid inter ſuam et Moſlemorum regionem interiacebat. Sed Dei excelſi vindicta eum praeripuit, et pro mercede tanti ſceleris necem ei attulit menſe Dſulkadha anni trigeſimi tertii ſupra octingenteſimum. Praefuit quoque regioni Amharicae rex Iemaloddin Ben Saaddeddin, qui (*Moſlemos*) grauibus bellis adortus multas eorum nationes deleuit et capti-

pyrobolos ſibi conficere docuit. Sic didicerunt *Abyſſini* artes bellicas.

Praeter ea ad ipſum venit Coptus quidam ex Chriſtianis Iacobitis Aegyptiacis, imperii bene regendi ſcientia clarus. Hic igitur regnum eius ordinauit et tantas ei opes collegit, vt regis auctoritatem haberet et Diuanum *ſiue conſiliarios*; cum antea et in ſuo et in patrum ſuorum regno omnia praue administrata eſſent, nullis conſiliariis, ordine nullo, nulla regula. Rebus ita apud eum ſtabilitis, *Regem* ſplendidiore veſtitu a ſubiectis diſtinxit, cum Dauid Ben Saif Arad nudus *i. e. nullo pallio indutus* prodire ſoleret. Cidarim quoque rubram capiti eius impoſuit. Quo factum eſt vt Iſhak *in publicum prodiens* denſa hominum turba ſtipatus et regio ſplendore conſpicuus incederet. Mihi quidem qui adfuerat narrauit, ſe eum vidiſſe equo vectum et per confertam *ſubditorum* ſuorum turbam incedentem, manu dextra crucem e rubro hyacintho confectam tenentem, quam plena manu comprehenſam et in femore poſitam habebat ita, vt duo eius latera quae manu non tegerentur,

 mag-

tus, cuius frater Iſhak Ben Dauid Ben Saif A-rad imperium tunc ſuſcepit. Hunc etiam Ibraim appellari audiui. Imperium eius robur accepit, quod Mamlucus quidam Circaſſius de numero eorum qui loricas conficiunt (4) in regionibus Aegypti ad eum venit, ſedesque apud eum fixit. Hic exſtruxit ipſi armentaria magna, quae arma bellica, veluti gladios, haſtas, loricas et plura huius generis continebant. Antea enim arma eorum erant haſtae breues quas iaciebant.

Porro ad eum venit aliquis ex principibus Aegypti nomine Tanbaga, qui omni ſtudio atque opera ad gradum praefecti partis regionis Saidicae eniſus fuerat; mox vero fugere coactus ad eum ſe receperat. Hic notus erat ab agilitate ludendi armis bellicis, et a multiplici artis equeſtris peritia. Igitur, cum apud Hatium in dignitate ac honore eſſet, huius milites ſagittas iacere, haſtis ludere, gladiis ferire et naphtheos py-

(4) In interpretando vocabulo زردكاش *Warnerum* ſecuti ſumus.

ſectis ab iis diſſentiunt; in primis quoque Melchitas ita quidem, vt narrauerit mihi aliquis, qui ex his Abyſſiniam ingreſſus erat, ſe metu mortis, ſi Melchita deprehenſus eſſet, Iacobitam eſſe profeſſum. Domos habitant Abyſſinii ſtipulis compactas et boum ſtercore oblitas, cibumque capiunt crudum. Qua de re certiorem me fecit, qui adfuerat cum Hati Dauid Ben Saif Arad ventriculum bouis ſemicoctum comediſſet; quod autem in eo de ſtercore reliquum erat fluebat ad palatum. Idem virum etiam vidit, qui gallinam comederet iam canentem. Denudatis Abyſſinii incedunt corporibus, quippe veſtes conſutas fere ignorant; medium tamen corpus pallio circumtegunt et cingunt. Hati quidem milites non recenſet, ſi vero expeditio bellica ſuſcipienda ſit ſingulos milites, in loco ab eo deſignato, lapidem proiicere iubet, quem e bello redeuntes ſinguli prehendunt; vnde ſcire poſſunt e numero lapidum reſtantium, quam multi perierint.

Anno octingenteſimo decimo ſecundo vita functo Hati Dauid Ben Saif Arad ſuccedebat filius Theodorus, breui etiam morte abrep-

Sunt et praeſtigatores qui impediant ventum quo minus ſpiret, vnde Hati eos verberari iubet, et tam diu verberantur, donec ventus ſpiret; tunc fraudes ſuas miſſas faciunt. (3) Nigras habent Abyſſinii gallinas, easque ſilueſtres. Praeter ea in tractu Hadiah, qui ad regionem Zaila pertinet, gallinae ſunt aquaticae, quae aeque ac ananates ex aqua prodeant et inde veluti naſcantur. Abyſſiniis ſemper eſt Metropolita, cui praeeſt Patricius Chriſtianorum in Aegypto. Illud ſcilicet petit Hati a rege Aegypti per litteras, quas vna cum munere mittit. Atque tunc patricio metropolitae deſignatio demandatur. Abyſſinica progens ab antiquiſſimis temporibus religionem profitetur Chriſtianam, ſectamque ſequitur Iacobitarum et tenax eſt religionis quam profitetur. Acerrimo igitur odio inſectantur quotquot ex variis ſec-

(3) Sic hunc locum, omiſſis tamen verbis ويسمروا عليها غلالهم, interpretatus eſt *Warnerus*, cuius interpretationem, cum melior ad manus nobis non eſſet, recepimus. De mutatione noſtra verbi ويسمروا in وينشروا vide text. arab. p. 4. not. 2.

obumbret. Sunt etiam in Abyſſinia duorum generum pecudes, vnicolores et variegatae, quae foeturas habent, quibus neque in Aegypto, neque in Syria, nec in Irak inueniuntur ſimiles. (2) Fodinas haec terra continet ferri et auri, et in regione quadam argentum etiam effoditur. Serpentes quidem tam magni ſunt, vt ab homine fide digno relatum mihi ſit, ſerpentem ſe vidiſſe, qui in ſummo vertice montis conſiſtens, deinde in aere ſe incuruaret, vt non colore quidem ſed magnitudine, arcui coeleſti ſimilis eſſet. Sunt

(2) Senſu toto alio Warnerus: *Eſt quoque inter illas (arbores) Ebenus et Kana, quae eſt duorum generum ſolida et caua; ſunt etiam herbae apud illos, quae* etc. Cauſſae breuiter a nobis ſunt enumerandae, quare noſtram interpretationem huic, cum verbis arabicis non minus conuenienti praetulerimus. Auctor noſter finita geographica Abyſſiniae deſcriptione, res omnes praecipuas enumerat, quae ad naturalem huius terrae hiſtoriam pertineant; quare credere non licet, eum pecudes ſilentio praeteriiſſe, quarum neque ſupra neque infra mentionem fecit. Sententiam autem noſtram et interpretationem potiſſimum confirmare videtur τὸ وعندهم quo non vtitur Macrizi, niſi cum ad alterius et cum antecedentibus non cohaerentis rei deſcriptionem adgrediatur.

regni olim metropolin, quae etiam Ahsharan et Zaraſratah appellatur et ſedes erat Najashi (*ſiue Regis*). Porro ad regionem Amhar, quae nunc primaria regni ſedes eſt, et etiam Marada dicitur. Clima deinde Shauah, Damout, Lamanan, Sanhou, Zeng, Adelelomra, Hamaſa, Bareia, Terazeleſlami, quod vocatur Zaila. Singulis duodecim horum climatum rex praeeſt, ſed ſimul omnibus imperat Hati, qui Arabice Sultan appellatur. Subiecti ipſi ſunt nonaginta nouem reges (*vel praefecti*). Ipſe eſt centeſimus. Verum tamen eorum regiones parum apud nos celebratae ſunt. In tota Abyſſinia bis per annum tempore pluuiae terra conſeritur, vnde quotannis duplex prouentus naſcitur. Copioſiori autem pluuia turbulenta exoriri ſolet tempeſtas. Multae in hac terra ſunt arbores, inter quas Ebenus et aliae, quarum vna ducentos equites (1) ob-

(1) Lev. Warnerus: *quarum vel vna ſola vmbram extendat vsque ad ducentas paraſangas.* Horribile dictu! Crimen ſane maius imputauit Macrizio, quam quod reuera commiſit. Lectio enim فارس certo melior eſt illa فراسخ, quam neuter codex exhibet.

HISTORIA
REGUM
ISLAMITICORUM IN ABYSSINIA.

Hanc populi Iſlamitici Abyſſiniam incolentis, vt et eorum hiſtoriam, qui religionem Dei contra infideles et apoſtatas defendebant, Meccae cum verſarer, quam vrbem ſemper amplificet Deus, ab hominibus qui iſtas res bene nouerant accepi, anno nimirum octingenteſimo trigeſimo nono. Deum ego precor, vt gratia ac benignitate ſua in rectam viam nos dirigat.

Deſcriptio terrae Abyſſiniae.

Initium Abyſſiniae in ea parte, quae ab oriente verſus ſeptentrionem protenditur, eſt mare Indicum quod a Babelmandab vsque ad Arabiam felicem pertinet. Sihoun fluuius in ea eſt aquae dulcis, qui ſuppetias fert Nilo Aegypti. Occidentalis vero Abyſſiniae pars ſe extendit ad regionem Tachrur. Huic contigua pars meridionalis incipit a deſerto, quod locum occupat Vadi Borcha dictum. Per hoc *deſertum* tenditur ad Sahrat,

regni

Digitized by Google

ومن انبها الف بيت من المسلمين الا انه حدث في ايامه
سنة تسع وثلثين باعطيم مات فيه من المسلمين والنصارى
عوالم كثيرة جدا وهلك الحظي ۞

واقاموا بعده صبيا صغيرا هذا والسلطان بدلاي مقيم
في بلاد دكر واخوه خير الدين في بلاد ركاله *
واظهر بدلاي سيرة العدل في مملكته فامنت الطرقات
وانكف الناس عن الظلم من العسكر وغيرهم ورخصت
الاسعار في ايامه ۞

HISTORIA

Digitized by Google

وفي كل ذلك تعظم فتوحات جمال الدين الجليله ويتعدد وقايعه العظيمه ويكثر اعماله وعماله وعنايمه واسراه وقتلاه وسباياه تمكينا من الله تعالي له في الارض وتايدا له بالنصر * ومع هذه الفتوحات العظيمة ولقد اسلم علي يديه عالم من امحرة لا يحصي عددهم هداهم الله به وانقدهم من النار بيمن دولته * وذلك فضل الله يوتيه من يشا والله ذو الفضل العظيم ۞

واما استشهد جمال الدين قام بامر المسلمين من بعده لخوه شهاب الدين احمد بدلاي وما زال يجتهد في تحصيل قاتل اخيه جمال الدين حتي ظفر به وقتله * وجري علي سنة اخيه في غزو امحرة وفتح من بلادهم عدة اعمال وقتل طايفة من امرايهم وحرق البلاد وغنم وقتل واسر وسبا عالما كبيرا بحيث كثرت الاموال من الذهب والفضة والثياب والذروع في ايدي جماعته وجازوا من الوصايف ما لا يعد * وخرب ست كنايس وعدة قري فاسترد البالي من ايدي النصاري

ورد

بعد ذلك احد من اهل الدولة ان يمد يده امال احد بغير حق ولا استطاع بعدها جليل ولا حقير ان يجني علي غيره وكان من شدة مهابته اذا امر بشي او نهي عنه لا يتعداه احد من امرايه بل يقف الجميع عند امره ونهيه في جميع اعماله خوفا من شدة سطوته وانما عقوبته مناقبه عديدة وما اثره كثيرة وجملة القول فيه ان الله تعالي ايد به الدين واعز بدولته الاسلام والمسلمين * وكان من جليل سعادته ان الله تعالي اهلك في ايام دولته طاغية الكفر الحطي اسحق بن داود بن سيف ارعد في ذي القعدة سنة ثلث وثلثين وثماني ماية ۞

فاقيم بعده اندراس بن اسحق فهلك لاربعة اشهر من ولايته * وقام بامر امحرة عمه حزبناي بن داود بن سيف ارعد فهلك في شهر رمضان سنة اربع وثلثين بعد اشهر من ولايته * فاقيم بعده سلمون بن اسحق بن داود بن سيف ارعد فكانت اربعة ملوك في نحو سنة ۞

وفي

مع اندادە واترابە من الولدان ضرب صغيرا منهم كسر
يدە ولم يبلغ جمال الدين حتي مضت مدة فاشتد في الانكار
علي خدمه ان لم يعلموە * وطلب اوليا الصغير الذي
كسرت يدە وعتبهم علي اخفا هذا عنه وجمع اهل دولته
وطلب ابنه الجاني علي الصغير في كسر يـــدە ليقتص
منه * فقام اعيان الدولة وامرا وهم بين يديه يضرعون
اليه في العفو وانهم يرضون اوليا الصغير فلم يفعل والي
الاحضار ولدە فاحضر اليه * فلما قدمه ليقتص منه صخ
الجميع بالبكا وقام اوليا المكسور وعفوا فلم يرجع الي
احد * وقدم ابنه اليه واخذ يدە بيدە ووضعها علي حجر
وضربها بحديدة كسرها وهو يصيح ثم اغمي عليه
واصوات ذلك الجمع علي كثرته قد ارتفعت بالعويل
والبكا رحمة للصغير فكان امرا مهولا * وجمال
الدين مع ذلك ثابت وقايل لولدە ذق كما اذقت ولد
الناس * حدثني بهذا الخبر الثقات الذين حضروا ذلك
المجلس بين يدي جمال الدين وشاهدوە * فلم تجاسر

بعد

